

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Opusculum de sagis ma//leficis Martini Plantsch  
concio//natoris Tubingensis**

**Plantsch, Martin**

**[Heilbronn], 1507**

**VD16 P 3201**

Ad dei laudem eruditionemque simplicium, multipliciter ob maleficia  
incantatorum atque phytonissarum [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-299197](#)

## Ad dei laudem eruditionemq; sim

pliū, multiplicitate ob maleficia incātatorū atq; phytos  
nissarū ceteraq; incidentia damna errantiū, contra deū  
murmurantiū, acsēpe in pditionē animarū suarū agen-  
tium. Necnō in periculosa dubitationes incidentium.  
Sequuntur quedā catholicę ueritatem ex scriptura sācta,  
determinatōibus sāctę matris ecclesię eiusdemq; docto-  
rū beatorū, deo fauēte collectę atq; in ecclesia parrochi  
ali sancti Georgij Tubingæ per plebanum eiusdē pu-  
blice populo insinuatę. Anno dñi. M.D.V. quo malefica  
quēdam illīc ignis supplicio fuit consumpta.

Rima ueritas catholica hęc ē. Nulla creatura  
potest alteri lēsionem inferre, seu quemcūq;  
effectum positiuū adextra pducere, nisi deo  
uolente, cōsentiente, potestate ad hoc dante,  
atq; cooperante. Hęc ueritas, multis minus in lege dñi  
peritis uidetur absurda, ideo probationibus aptis mu-  
niēda est, & primo pbanda ratiōe, deinde sentētiis scrip-  
turar. ratio sic formalē. nulla creatura potest alia lēdere  
seu effectū positiuū adextra pducere, absq; illius con-  
sensu, uolūtate, accepta potestate, atq; coopatiōe, a quo  
dependet ipsa talis creatura agens, in esse, pmanere &  
opatione sua, & ita dependet q; absq; eo nō potest per-  
manere, neq; absq; eius cooperatione agere. Sed omnis  
creatura in esse & permanere atq; operatiōe sua sic de-  
pendet a deo, igitur absq; deuolūtate, cōsensu, potesta-  
te accepta atq; coopatiōe, nulla creatura potest alia lē-  
dere seu effectū positiuū adextra pducere. Cōsequētia  
formalis est in Cesare. Maior nota est. Nam si is, a quo  
oīs creatura agēs depēdet in esse & pmanere atq; ope-  
ratione sua, talē operationē creature simpliciter & effi-  
caciter nollet, tunc si agens liberū esset, sicut deus est, uñ  
a conseruatione creature sic agentis abstineret, q; facto  
a iiiij

1. ueritas

I / apsa reu-  
ra apostolica  
ref loja in St.  
roy bñ pñt/  
Satanas fitz  
organoy.

in nihilū tenderet, uel uim agendi illius ex eaturae suspēderet, aut ad coagendum nō concurreret. Quēadmodū uis agendi ignis ppter non cooperationē dei suspensa fuit, erga tres pueros a Nabuchodonosor in ignē proiectos. & ita suspensa q̄ nec in corpora aut uestes eorū egit. Minorē uero p̄dīcte argumētatiōis, Philosophi gētiles in lumine naturali uiuetes cōfessi sunt, Nā Aristo. inquit. xij. methaphysicē A deo dependet cœlum & tota natura. Et author de causis ait. Nulla causa secunda posse agere, nisi coagēte prima id est deo. Dñm em̄ deum quē christiani, ob uniuersalē suam potestate quā habet & in substantiā & actionē oīm creaturarū uocat omnī potentē. Ipsi philosophi uocarūt causam primā, a qua dicebant orīri quod causē secundē essent & q̄t causē essent Saluator deniq̄z noster idem, p̄prio confirmauit ore. Ioannis. ii. Cū increparetur a iudeis quia sabbato curasset hominē. respōdit, pater meus usq; modo opatur, & ego operor illud, q. d. patrē cœli non reprehenditis, qui a prīcipio creatiōis mundi usq; modo, omni tpe, & sic etiā in sabbato, opatur cōseruādo creaturas suas inesse & actiuitate sua, & cooperādo actiōibus earū. Ipso em̄ agente uolente, cōseruante & cooperāte mulieres pariūt, seges crescent, flumina fluunt, etiā in sabbato. Cur ergo me accusatis si & ego operor salutem homis in sabbato exq; pater idem meū operatur. Et Ioannis. xv. Cū dixis̄ set ad discipulos Ego sum uītis, uos palmites, q̄s̄ ut glo. inquit interli. Ego totum uobis dans, nihil a uobis recipiens, cōclusit. Sine me nihil potestis facere. ubi glo. sup uerbo, nihil. inquit. Nec parum, q̄i. dī. Sicut palmes a se nihil p̄ducit, sed omnē fertilitatē a uite recipit. Ita uos nihil a uobis solis agetis, sed uim agendi a me recipietis & hoc ratione deitatis meę. Nam hanc gratiā palmitibus non daret nisi etiā deus esset, inquit glo. Et licet naturales philosophi, hāc ueritatē clare pdicauerint, tamē

ad plus eam firmandā. Adducēdē sunt scripturē sancte,  
quæ negari nō possunt, & precipue de lesionibus & af-  
flictionibus, hominibus accidentibus. Primo igitur oce-  
currit uerbum domini per os sanctissimi pphete Isaiae, di-  
ctum capitulo eiusdem. xlvi. ita sonās. Ego dominus & nō  
est alter, formans lucē & creans tenebras, faciēs pacem  
& creans malum, ego dominus faciens om̄ia hęc, pensa  
uerba o lector, considera, creans tenebras, creans ma-  
lum, ubi secundū glo. interli. ptenebras aduersitas, sicut  
per lucem, pspéritas, per malū, malū penę intelligit, non  
culpe secundū Gregorii in glo. quia malū culpe pro for-  
malī nihil est, quia carentia cīcūstantię debitę in esse. Ca-  
rentia rei debitę in esse, nihil est, qd nihil est, nullam cau-  
sam habet effectiū. Nec deum nec creaturā Vel ut alte-  
ri glossę placet marginali. per malū intelligi bellū & af-  
flictio, ratione cuius & dicit Matthei. vi. sufficit diei ma-  
litia sua. cōcordat his uerbis alia scriptura Ecclastici. xi  
dicens, bona & mala, mors & uita, paupertas & honestas  
a deo sunt, ubi secundū glo. per bona, pspera, & per ma-  
la aduersa, per uitam salus, per mortē interitus carnis in-  
telligenda sunt. Idem predicauit sanctus ppheta Amos  
capitulo. iij. Filiis israel. Si erit malū in ciuitate, qd domi-  
nus nō fecerit, ubi secundū om̄es, si pro non exponitur.  
Cōsonat Micheas capitulo. i. Descēdit malum a domino  
in portam Ierusalē Vnde ut in nullo dubitaremus, oēs  
afflictioes nostras a deo esse, ipse dominus id ipsum nos  
cōfiteri docuit. iij. Regū. ix. Vbi dominus ad Salomonē  
inquit. Si auersio est auerteritis uos & filij uiri, nō sequē-  
tes me, nec custodiētes mandata mea, sed abieritis, aufe-  
ram Israēl de superficie terrae q̄ dedi eis, & templum qd  
sanctificaui nomini meo proiçia a cōspectu meo, eritq;  
Israēl in puerbiū & parabolam cunctis pplis & domus  
hec erit in exemplū. Om̄is q̄ transferit per eam stupebit  
& dicet, quare fecit dominus sic terre huic & domus huic

a v

91

10.1

Et respondebunt quia dereliquerūt deum suum. Iccirco induxit dominus sup eos omne malum hoc, pensent uerba hęc sane, & clare patet q̄ mentis domini est, ut cōsiteamur oēs afflictiones a deo tāc̄ prima causa effluerē, pluribus alijs scripturis ut est illa. Ioannis primo, Oia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Illis & alijs pluribus omisis, transeamus hinc ad doctores sanctos, quorū lingua & manus fuerunt calamis scribę sp̄ rituſ sancti uelociter scribentis. Accedat Augustinus diuus, & quid de nostra ueritate sentiat, eructet. Quid plura, lege eundem in li. tertio de trinitate. iij. & iiij. capitulis & inuenies, clare confessionē p̄dictę ueritatis. Sic em̄ ait. Voluntas dei est prima & summa causa omniū corporalium specierū atq; motionū, nihil em̄ fit uisibiliter in ista totius creaturę amplissima & imensa republica, qđ nō de interiori inuisibili atq; intelligibili aula summi imperatoris, aut ūbeat, aut pmittat secundū ineffabilē iusticiam p̄miorū atq; penarū. Hęc uerba sūt eius. Et si forte cōturbat te, uerbū pmittat, quasi nō uelit, aut nō cōsestat deus fieri aliq; sed pmittat, licet ea fieri uideat & ita pmittat q̄ ea fieri nolit. Sicut in turri residens, uidēs deorsum interra aliquos contendere & unū alterū occidere, uident occisionē & pmittit eā licet displiceat sibi & eā nolit ad q̄ etiā non coopatur. Si sic imaginaris deo q̄i nolit & nō actum positū habeat erga homicidiū iniustum, ex parte homis Aut pmittit uolens, uel nolēs. Nō secūdum q̄a uolūtati eius quis resistit? Ergo primū dicendū erit. Si aut uolēs pmittit, ergo uult fieri, si uult ergo facit, q̄a quecūq; uoluit ut fierent fecit. Prēterea si nolens pmitteret fieri mala deus, ergo posset tristari. Nam quicūq; est talis nature q̄ aliquid potest fieri eo nolente, ille tristatur, uel potest

tristari. Tristitia enim nascitur, cum aliquid nobis nolensibus accidit. Deus autem nec tristatur nec potest tristari, si em tristaretur uel posset in sua diuinitate turbari, non esset deus, ergo nihil eo nolente simpliciter. Cur autem sancti doctores solum cocedant, dicantque dedeo, quae ea que bona sunt, faciat. Non autem dicunt quae ea quae mala sunt, & male fiunt, deus faciat, sed ea fieri permittat. Dico quod non ob aliam causam, nisi sicut deo concedunt sancti quod uelit omnes homines saluos fieri. Non assit dicunt deo quod uelit homines damnari, sed promittit bene eos hanc agere, unde damnatione incidit. Hoc enim ideo est, put habet in priori sententia Occam, dicitur. xlvi. q. i. i fine. quod enim deus preter hoc quod hominibus dedit antecedentia, quibus prout bene operari & consequi salutem & paratus est eis ad hunc cooperari, dedit & precepit & consilium agendi ea quibus salus adipiscitur. Non autem dedit hominibus preceptum uel consilium agendi mala, quibus damnatio comparatur, imo ea interdixit, licet dederit homini liberas libertates uoluntatis unde possint male agere, & prout sit cooperari ad actus omnes malos interiores & illicos uoluntatis, non tam semper uult cooperari ad executionem exteriorum huius male uoluntatis interioris. Ideo ratione precepti & consilij dati ad bene agendum dicitur uelle omnes homines uiatores saluari, ratione vero prohibitionis malarum actionum interiorum & exteriorum quibus demeritorie sequitur damnatio, non dicitur huiusmodi malas actiones uelle sed permettere. Ita consenserim ille dico, quod ex eo quia deus prohibuit mala facere, precepit autem & consuluit bene operari. Ideo sancti concedunt deo quod faciat ea quae bona sunt, permittat uero ea quae mala sunt. Et hoc propter simplices qui forte cum audirent sanctos asserere. deum facere homicidium, adulterium & cetera. putarent, deum ista precepisse mala uel consuluisse, sicut cum audiunt dicere, deum fecisse nobiscum bona opera quaecumque

sint. Iudicant huiusmodi (sicut uerū est) bona opera deū  
præcepisse uel cōsuluisse. Tota ergo causa cur dīcīmus  
deum bona agere & ea q̄ male fūt permittere, est, quia  
ad bene agēdū dedit p̄ceptū & cōsilium. Ad male uero  
agēdū dedit inhibitionē, q̄uis ad utrūq̄ coopetur. Et  
utiq̄ uolens & nō uolens. Insup qui ratiōe p̄missionis di  
uīnē, puerilē supradictā hanc habent imaginatiōem. At  
tendant similia que, p̄declaratiōe ueritatis n̄e assignat  
Augustinus ubi supra in. iij. capitulo de re publica. Inq̄  
si esset rector, sine quo nulla de re hac publica aliqd age  
re posset incōsulto illo rectore. Utq̄ ille rector esset pri  
ma & summa causa omniū que in ea fierent. Ita uult esse  
in p̄posito de domino deo erga omnes creaturas mūdi.  
Præterea idē Augustinus cū contra manicheos in libro  
de morib⁹ eorundē disputaret, inter cetera dicit sic. In  
ecclesia catholica dicitur omniū naturarū atq̄ substāti  
rum esse authorē deum, ubi nomine naturę & substātię  
intelligit, omne quod est. Nam an illa uerba p̄posuit, i p̄a  
natura nihil aliud est q̄ id qđ intelligit in suo genere ali  
quid esse. Idem asserit. xij. de ciui. dei. capitulo. v. dī. De  
us summe est & ab illo facta est omnis essentia q̄ nō sum  
me est. Constat autē q̄ omnis effectus positivus est que  
dam essentia non autē est summa, ergo nō potest esse ni  
si a deo factus esset. Ad idē est, S. Augustinus in de casu  
dyaboli capitulo. xix, discipulo dicens. Quid mirū si dī  
cīmus deū facere singulas actiones, que fūt mala uolū  
tate, cū eum fateamur facere singulas substantias que fi  
unt iniusta uoluntate. & irrophonesta actione. Et postea in  
capitulo ultimo. A deo necesse est esse omne qđ aliquid  
est. Et cū loqueretur de iniusto uelle dyaboli, quo pecca  
uit dicit, uelle autē secundū essentiā bonum est, sed qm̄  
non iuste factum est, est malū, & tamen a deo fuit, a quo  
est omne quod aliquid est. Idem etiā in de cōcordia pre  
scientiē cum libero arbitrio ait. Omnis quippe qualitas

& omnis actio & quicquid aliquam habet essentiam a  
deo est, a quo est omnis iusticia, & nulla iniusticia, facit  
igitur deus omnia que iusta vel iniusta uoluntate sunt  
ideo bona opera & mala, in bonis quidem facit q[uod] sunt  
& q[uod] bona sunt. In malis uero facit quod sunt, sed nō q[uod]  
mala sunt. Sequitur, iusticia enim aliquid est, iniusticia ue  
ro nihil. Et post pauca subdit. Et sicut deus nō facit iniu  
sticiam, ita non facit aliquid iniustum esse, qui tamen fa  
cit omnes actiones, omnis motus, quia ipse facit res, a qui  
bus & ex quibus & per quas & in quibus sunt, & nulla  
res habet ullam potestatem uolendi aut faciendo nisi illo  
dante. Ipsum quoq[ue] uelle, quod aliquā iustum est, aliquā  
do iniustum, a deo est. Non esse uero rectū, nō est quid,  
nec a deo. Ad idem Isidorus libro primo soliloquiorum  
ita dicit. Scito autē homo nullū tibi aduersari potuisse, nisi  
deus potestate dedisset. Nec habuisset in te potestatem  
aduersarius nisi p[ro]mitteret deus, uniuersa quae tibi acci  
dunt, absq[ue] dei non ueniunt uoluntate. Iniquorū potestas  
super te ex dei datur licentia, qui tibi aduersantur dei con  
ciliū faciunt. &c. Cui ait hiij doctores nō sufficient aut q[uod]  
ampliore nostrae ueritatis querit confirmationē, uideat  
doctores in primo sententiā dī. lxij. & sequentibus. Et  
in secundo sententiā dī. xxxvij. Vnde magnus ille & ue  
nerabilis inceptor Guillelmus occā in suo primo dī. lxv  
ita ait. Dico q[uod] uoluntas dei sicut & essentia dei est causa  
immediata omnium earum que sunt, ponēs adhoc pulchram  
suasionē. Quē imitatur uenerabilis & p[re]cellens Gabriel  
biel p[ro]positus olim sancti petri insilua, in suo secundo dī.  
xxxvij. dī. Summa dei creatrix essentia, omnium effectuum  
positiorum est causa immediata. Concordat etiā Scotus in  
primo dī. h. q. ii. ubi primā causam probat esse infinitam  
quia ipsa est primum efficiens omnium. Et dī. xlj. q. unica  
ubi loquens, de omnipotentiā dei dicit. Hoc modo est po  
tentia activa primi efficiētis omnipotētia p[ro]ut extēdit se,

ad omnē effectum in ratione causē proximē uel remo-  
tē. Sic tenet & sentit expressē sanctus Bonauētura in se-  
cundo dī. xxxvij. q. i. dicens. Hēc positio quē dicit omnē  
actionem esse a deo secundū qd actio est absq; omni am-  
biguitate tenēda est, & ante hēc uerba p̄posuit notabili-  
le dictum tale, Quia enim deus est causa primordialissi-  
ma. ideo est influentiē maxie in causas secūdas, & adeo  
magnē influentiē ut nec modicum seu quantumcumq;  
parum (dum tamen aliquo modo sit ens) procedat ab ali-  
qua causa creata, nisi cooperante diuina potentia. Idem  
sentit Simeon de cassia. Nam in primo libro de doctrina  
euangelica cū de uoluntate beneplaciti loqueret, ita ait  
Ipsa est oīm factorū & fiendorū prima summa, & rationa-  
bilis, & ineffabilis & iustissima causa, uisibiliū & inuisibili-  
liū, p̄iuisionē & p̄missionē, cui uoluntati nemo resistere  
potest. Et allegat ad hoc exemplū scripture dī. Sēpe Ios-  
eph (dū scilicet iā erat factus p̄positus totius ēgypti frēs  
suos ad eū ueniētes, de sua uenditiōe ne timerēt, cōfor-  
tans ait. Nolite timerē, nō dei possumus resistere uolun-  
tati. Et post pauca subdit. Et si peccāt̄ cōtra uolūtati dei,  
nō tñ resistit uolūtati dei. Nō em̄ peccare nisi p̄mitteret  
nō p̄mitteret, nisi uellet. Nec uellet, nisi qd iustū est Aliq;  
em̄ iustissima & occultissima causa est apud ip̄m, nō per  
scrutabilis a nobis, qua ipsa peccata fieri oīno permittit.  
Cuius uoluntatis causa nullo modo querēda est, cū ip̄a  
sit omniū causa, infinite cōprehensiōis, quē a finita rōne  
creature cōprehendēda nō est. Et tñ scire, p̄ hac suffici-  
at, q̄ iniqtas apud deū nō est, nec iniqūitatē sed iustissi-  
me uult quē uult, &c. hēc ille. Plures alij possent adduci  
doctores solennes, sed hi j̄ p̄ gñali p̄dictē catholice uer-  
tatis munitiōe sufficiāt. Ut aut̄ ueritas eius clarius inno-  
tescat, descendāus ad specialia, & in gramus si ne scriptu-  
ris authorib⁹ firmissimis p̄bari possit. Nullū hoīem,  
nullū diabolū, nullū elemētū, posse iesenē homi iferre,

nisi cōsentiente deo, & potestate adhuc dante, In prīmis  
igitur accedat p illa ueritate factum diaboli totius hone  
statis inimici, ab eodē contra Iob practicatū. Cū em̄ leo  
iste crudelissimus uideret Iob sanctū & simplicē esse ui-  
rū, uoluntatē qdē malā eum lēdendi & p leſionē ad impa-  
cientiā habuit, sed illam ad opus exterius deducere nō  
potuīt, nisi ad hoc petita & obtenta licentia atq̄ cōsensu  
creatoris. Vnde Iob. i. dixit. Nunquid lob fruſtra timet  
Job 1.  
deum. Nōne tu uallasti eum & domū eius, &c. q. d. tan-  
ta bona illi dedisti, ppter ea te colit. Sed mitte manū tuā  
& tange cuncta quæ possidet, nisi in faciem benedixerit  
tibi. Quid est mitte manū tuā? da mihi potestate, coope-  
re mecum, ut possim bona eius inuadere. Cui dñs. Ec-  
ce om̄ia quæ habet in manu tua sunt, tantum in eum ne  
extendas manū tuā. Quid est ecce oīa quæ habet in mas-  
nu tua sunt? do potestate, paratus sum coopari ut inua-  
das tpalia eius bona, sed nō substantiā eius. Quid secu-  
tum est? Habito hoc consensu, hac qc̄ potestate a deo,  
egressus est satan induxit saeboes, q abstulerunt boues  
& asinos occiderūtq̄ custodes. Eodē dñe eius instinctu  
uenerūt caldei, tollētes oēs camelos, custodibus occisis  
Eodē tpe satan dēduxit ignem de cōelo qui cōsumpsit  
om̄ies oues atq̄ custodes. Simulq̄ suscitauit uentum de  
regiōe deserti q excussit qttor colūnas domus, inqua  
filij & filiē Iob celebrabāt cōiuīti, un̄ domus corruēs oc-  
cidit oēs filios & filiās eius. Si cōsideras leſionem maxi-  
mā a satana Iob illatam, considera & cuius consensu &  
potestate data facta sit, & inuenies deum prīmam illius  
leſionis fuisse causam. Non aliter sicut accepta licentia  
& potestate a deo inuasit temporalia. Ita ab eodem pri-  
us accepto fauore & facultate inuasit corpus eius, per-  
cutiēdo ipsum. Ita ut sanitas non esset in eo a planta pe-  
dis usque ad uerticem. Ad idem pro confirmatione il-  
lius adduco regiū prophetam, psalmo centesimo tertio

*Matth. 8.*

ita dicentē. Catulī leonū rugientes ut rapiant & querāt  
a deo escam sibi. Leo secūdū Augustinū est diabolus su-  
perior Catulī leonū sunt inferiores diaboli. Esca horum  
est tentare, ledere homines in persona, rebus &c. Hanc  
escam querunt a deo. Quomodo? quia nec tentari nec  
ledi quisq; potest a diabolo, nisi accepta ad hoc potestas  
te a deo. Euidens ad hoc habemus testimonium per dñm  
& sanctū eius Mat. viii. Cum em̄ uenisset interrā gerasē  
norū, occurserūt sibi duo possessi homines, seui nimis.  
Dēmones aut̄ possidentes eos rogabant dñm dicentes,  
Si ej̄cīs nos hīnc mīte nos in porcos. Quibus dīxit, ite.  
Et illi exeuntes abierūt in porcos & p̄cipitauerunt eas  
in mare. Ecce ut uerbis Gregorij utar li. h. mora. capitlo  
ix. Dēmones perseipso in porcos ire nō potuerūt, quō  
ergo inuadere possent hominē uel bona eius, nisi prius  
accepta cōditoris potestate. Et sicut est de dēmōibus q̄  
nihil possunt efficere contra homines uel alias creaturas  
nisi accepto & habito consensu dei & eius adeptā potes-  
tate Ita est de homībus queris. quantācūq; intus malā  
habeant uoluntatē, executionē eius habere nō possunt  
nisi deo cōsentiente, potestatē dante & eisdem coopante.  
Clare hoc constat in iniustissima occisione saluatoris  
nostrī. Dic mihi si potes, si ne homo aliis crudelius ne-  
phas unq; cōmiserit, q̄ iudei dñm occidēdo, quia tamē  
iudei dñm sic occidere nō potuerūt, nisi deo cōsentiente  
& coopante illi occisioni. Ideo dñs ipse talem coopatio-  
nem & uoluntatē atq; cōlensem in suam passionē certe  
sciens, eandē dīxit sibi a patre datam, ait em̄ petro. Cali-  
cem quē dedit mihi pater, nō uis ut bibam illum: pensa  
uerba & inuenies q̄ passio dñi, a iudeis fuit, & a deo, sed  
differēt, quia deus illā occisionē fecit coopando iude-  
is, fecit inq; iuste & bona uolūtate. Iudei eandem iniuste  
& puersa uolūtate. Ideo eis imputat̄ occisio illa in pena.  
non deo, prēterea cum dñs ante pilatū staret, pilatus q̄q;

de sua potestate sup eum se iactaret dī. Nescis quia potestate habeo dimittere te & crucifigere, respondit declarando. q̄ nullā haberet in eum potestatē, nisi eam a deo accep̄isset, dixit eñ. Non haberes aduersus me ullā potestatem, nisi tibi esset datum desipere. Ecce si ad tam iniquū uītopus Pilatus nō potuit p̄gredi, nisi accepta prius potestate a deo, quomodo homo aliqs te lēdet, nisi deo uolente & potestatē dante, potestatē dat cum lēdentē & uim lēdendi cōseruat, & ad lēsionē coopari paratus est. Vultis habere testimoniū scripture de elemētis, q̄ nihil possunt contra hominē nisi deo uolēte. Vide ps. xiiij. in quo dicitur. Ignis grando nix glacies sp̄ritus p̄cellarū que faciūt uerbum eius. Notanter dicit p̄pheta que faciunt uerbum eius scilicet dei. Ne quis putet q̄ agant hæc fortuitu uel ex causis tantū corporalibus uel sp̄iritualibus preter uoluntatē dei ut placet Augustino. iiij. de tri. capitulo. ix. Pro firmiori huius ueritatis credulitate adduco doctores sanctos. Et in primis Augustinū in prima quinquagena. ps. xxvi. in uerbo. Si exurgat in me bellū ita dicentē. Quid mihi facit bellum? potest mihi auferre spem meam? potest mihi auferre qđ dat om̄ipotens. Sicut nō uincitur qui dat sic nec auferitur quod dat. Si auferri potest datum, eo scilicet nolente, uincitur dator. Ergo nec ipsa que temporaliter accipimus auferre nobis quisquis potest, nisi solus ille qui dedit. Sp̄iritualia quæ donat nō aufert, nisi tu dimiseris. Carnalia uero & temporalia, ipse aufert, quia & si quisquis alius aufert, ipso donāte potestatē aufert. Et ps. xxix. in expositiōe tituli ait idem. Vnusquisq; malus apud se habet uoluntatē nocendi. ut aut̄ possit nocere, nō habet potestatē, & inducit ad hoc exemplum de saluatorē nřo & de iusto Iob. Et psalmo. xxxij. in uerbo qđ ipse dixit & facta sunt, dicit. Cupiditatē nocendi potest homo habere p̄priam, potestatē aut̄ si ille nō dat, non habet, nō est enim potestas, nō

b

95

¶ a deo. Idem psalmo. xxxvij. in uerbo confundantur & reuereatur, cum de diabolo & Iob loqueretur, ait, iniudicare potuit sancto, nūq; nocere potuit: nunq; uoluit alii qd tollere, nūq; uel unguem, nunq; uel capillū ledere nisi deo diceret, mitte manū tuā. Quid est mitte manum tuā: do potestatem. Et accepit, ille tentauit, ille tentatus est. Et psalmo. lxi. in uerbo, semel locutus est deus, ait, diabolus potestas quedam est, plerumq; tamē uult nocere, & non potest, quia potestas illa sub potestate est. Nam si tantum posset nocere diabolus quātum uult, aliquis iustorum remaneret: aut alius fidelit̄ esset interra: &c. Eandē mentē exponit in pluribus alijs locis in libro qui quagenarū, sed transeo hinc ad beatū Gregorū q.ij.li. mora. capitulo. ix. de diabolo loquēs, ait ita ualde notandum est quia feriēdi uires nec ipse scilicet diabolus, sibi tribuit q; contra authorē oīm singulariter supbit. Scit nāq; diabolus, quia quodlibet agere ex semetipso nō sufficit quia nec per se ipsum in eo q; sp̄ritus est existit. Et capitulo. x. Sciendū uero est inq; quia satanę uolūtas semp iniqua est, sed nūq; ptas iniusta, q; a se ipso uolūtatē habet sed a dño ptatē. Qd̄ em̄ ip̄e facere inique appetit hoc deus fieri non nisi iuste pmittit. Vñ bñ in libris Regū. i. scilicet regū. xvij. dicī. Spūs dn̄i malus irruerat in saui. Ecce unus idēq; spūs, & dn̄i appellat̄ & malus. Dn̄i uidelicet placentiā potestatis iustē. Malus aut̄ p desideriū uolūtas iniuste. Eādē sententiā exprimit Chrisostomus, sermone. iiij. sup Iob, q; ppter breuitatē omitto. Ecce q; clare habes, sanctos doctores tenere diabolū nihil hoī posse auferre, nec ledere eū in quoq; c̄p, nisi accepta ad hoc potestate a deo. Et sicut est de diabolo, ita de homib; malis eius mēbris. Potestatē aut̄ dat deus cū in lesionē consenit, & ad lesionē coopari paratus est. Sed dices, si deus dat potestatē & coopat̄ ad homicidiū iniustū hoīs iusti. ad incendiū totius ciuitatis, & cetera mala q; fiunt uel p

diabolū uel per hoīes. & nisi potestatē daret & coopare  
tur illis, nō possent hēc damna atq̄ mala fieri. Tūc deus  
eēt causa homicidij iūsti, incēdij, adulterij, ablatōis uxo  
ris pximi, & ceterorū malorū. Et ita causa maximorum  
peccatorū, quod uideſ absurdū. Respondeo, q̄ in pecca  
to actuali cōmissionis duo sunt inspiciēda. Vnū est ma  
teriale i peccato & hoc est actus positiuus realiſ existēs  
ut est occisio manualis, quę oculis uideſ, sic copula car  
nalis sensibiliter adimpta, sic ablatio rerū corporaliter  
facta, & sic dealijs. Secundū est formale, i peccato, & di  
citur defectus circumstantię, debitę inesse actui cōmissio  
ut in adulterio, primū est coitus qui fit, secūdū, defectus  
circumstantię debitę inesse actui huic ut non sit malus.  
Ille defectus est q̄ carnis cōmixtionē habet cum nō sua,  
Si enim ille defectus scilicet cū non sua, nō esset, copula  
hec peccatū non esset. Dico ergo q̄ quicqd est positiuū  
& materiale i peccato, hoc cooperatiue est a deo, qui co  
operatur tanq̄ causa efficiēs homini & utiq̄ uolens co  
operatur. Sed formale i peccato id est defectus circum  
stantiaꝝ debitarꝝ inesse, nō est a deo, quia nihil est, sicut  
defectus luminis nihil est, quod autē nihil est, a deo esse  
non potest. Cū igitur ratione illius defectus, actus positi  
uuus dicit̄ peccatū, & ille defectus nō est a deo, ideo nō  
pōt cōcedi, q̄ deus faciat p̄ctū uel sit causa p̄ctū, licet faci  
at actū illū q̄ est peccatū, peccatū qdē ipsi homi, non deo  
Et ideo hominī est peccatū, q̄a hō facit illū actū cū defec  
tu circumstantię unius uel pluriū, cū qua uī qbus circumsta  
tijs obligatus est facere actū talē, & iō facit talē actū ma  
le Nō sic ē deo, q̄a licet faciat talē actū, tñ ip̄e deus nō  
obligatus ē ad faciēdū talē actū cū istis circumstantijs ad q̄s  
hō obligatus ē, iō deus nō peccat sicut hō, q̄uis illū actū  
faciat, quem hō facit. Vnū si esset s̄esus ap̄d̄ oēs, deus facit  
peccatū, i. facit actū q̄ ē peccatū, nō deo qdē p̄ctū sed hō  
cōcedēdū esset, sed q̄a simplices p̄ illā, deus facit peccatū

b ij

26

intelligunt illam, deus peccat vel facit aliquid, cum tali defe-  
ctu cum quo non debet et facere, ideo non est cocedenda.  
Et sicut dico de illa, ita dici posset de consiliis, ut deus facit  
malum. Si intelligeret ab omnibus, quod deus facit actum po-  
sitiuum qui est malus denotatiue, non deo sed homini ma-  
lus posset cocedi, sed quia simplices, tamen hanc, deus facit  
malum audiuit, intelligunt illam Deus facit aliqd tali modo  
quo facere non deberet, ideo non est cocedenda, breuius  
alij dicunt, peccatum deus facit, sed deus non facit peccatum,  
sicut Biridanus papam persuasit, sed non persuasit papam, quod  
quando terminus cognitatiuus sequitur uerbū facit, tunc de  
notat factione significati formalis termini sequentis ad  
facere materiali termio procedentis, unde cum dicitur deus  
facit peccatum ualeat tamen Deus facit illud formaliter, quo  
aliquis dicitur peccator, quod non est uerbum, quia formale ille  
lud est priuatio circumsistarum debitarum inesse actui, que  
priuatio nihil est. Secus autem cum dicitur deus peccatum  
facit, ualeat tantum, deus facit actum qui est peccatum, & hoc  
uerum est. Et ad istam mentem tendit S. Augustinus ps  
lxii. prope finem di. Si quis hominem occidat innocentem  
iuste facit an inique? Inique sane. Quare hoc promittit deus:  
post pauca dicit, illud dico, quod & inique fecit homo  
qui occidit innocentem, & non fierent nisi promiserit deus, &  
quis inique fecerit ille, non tamen hoc inique promisit deus.  
Et postea exemplificat de domino nostro, qui nullum habe-  
bat peccatum, occisus est a peccatoribus, traditus est a  
peccatoribus, illi uoluerunt, deus promisit, deus autem non promi-  
sisset nisi iustum esset. Quod uoluit impius imputat iniqui-  
tati impij, quod promissus est imputatur potestati dei. Ille er-  
go inique uoluit, deus iuste promisit. Ecce quod iniuste fa-  
ctum est a iudeis & peccatoribus contra dominum, ad hoc iuste  
coopatus est deus. Iudei peccarunt, propter iniquam uolun-  
tatem. Deus laudat, quia pro nobis omnibus bona uoluntate  
tradidit illum. Opus erat ut idem Augustinus ait sanguine

iusti ad deletionē peccatorū. Opus erat exemplo pacie  
tie, humilitatis, signo crucis cōtra diabolum, ideo pater  
fuste eandem pmisit, hoc est iuste cooperatus est iudeis,  
iniuste occidētibus, licet iniustum occisionē prius in le-  
ge interdixerit, Vnde sicut supra dictū est ne credas illā  
iniustum domini occisionē ex parte iudicorū, iudeis de-  
sum prēcepisse, nō dicitur deus eam fecisse sed pmisisse  
Ex hac uerietate ut cumq; scripturis & authoritatibus  
pbata sequuntur aliqua documēta moralia cui libet chri-  
stiano bene notāda. Prīmū, christiānū solus deus timen-  
dus est, non homo, non dēmon, nō phytonissa, nō incan-  
tator, nō deniq; ulla alia creatura, patet, quia nulla crea-  
tura potest hominē ledere, nisi deo uolente, potestatem  
dante & cooperante, habeat dēmon, homo malus, quāz  
tamcūq; ledendī malā uoluntatē, nō potest eam exequi  
nisi deus cooperet & potestatē det, si nō uult cooperari  
deus, totus mundus nō posset capillum de capite tolle-  
re. Si autē deus uult lesionē hominis, fieri & sequetur. Est  
ergo de qualibet creatura in sua actione respectu dei, si  
cut de a pro respectu detinentis Sicut em̄ aper fortiter li-  
gatus, detentusq; catena a fortī hoīe nō timēdus est, sed  
solus detentor, ne relaxet catenā, ita solus deus timen-  
dus, qui nisi potestatē cōcedat creature, ipsa nihil cō  
tra nos potest efficere. Hinc Augustinus ps. xxxvi. ubi  
supra. Ergo quia nemo potest auferre qd dat deus, non  
timeamus nisi deū. Quicqd aliud fremuerit, quicqd ali-  
ud supbierit aduersus nos, non timeat cor nostrū. Et ps.  
xxxij. Ab ipso cōmoueanſ omnes inhabitantes terram  
fera leuit, deum time, serpens insidiatur, deū time, ho-  
mo te odit, deum time, diabolus te ipugnat, deum time,  
Tota em̄ creatura sub illo est quā iuberis timere. Et ps.  
Ivi. in fine, Nec hoīem nec diabolum timeamus, nec ille  
nec ille facit aliqd, nisi quantū permittis, permitti autē  
nihil potest, nisi quod nobis prodest Cōcordat Grego-

b iiij

97

rius li.ij.mora.c.x.de diabolo em̄ loquens ait, formidari  
nō debet qui nihil nisi permisus ualeat. Sola ergo uis il-  
la timenda est, q̄ cum hostē seuire pmiserit ei ad usum  
iusti iudicij & iniusta illius uoluntas seruit. Hanc doctrinā  
nā in cōsolationē dedit dñs discipulis cū eos ad incredu-  
lis p̄dicandū misit dī. Nolite timere eos qui corpus occi-  
dunt, animā autē non possunt occidere, sed potius eum  
timete qui pōt & animā & corpus perdere in gehēnam  
Et declarat p exemplū. Nonne duo passerēs asse ueneūt  
& unus ex illis nō cadet super terrā sine p̄te uestro. q.d.  
si passerēs non uendūtur nec moriuntur sine scitu & co-  
operatiōe patris, multo fortius, nihil accidet uobis, nisi  
ex cōsensu & cooperatiōe p̄ris, uos utiq̄ diligētis, igitur  
solus pater timēdus est uobis. Et subdit uestri aut̄ capil-  
li capititis om̄es numerati sūt. q.d. Ex quo minime partis  
culę uīę in cognitiōe & cōseruatiōe patris sunt quę em̄  
numerantur cognoscuntur & conseruātūr, ut in pecunia  
constat, nihil ergo timendū est de massa corporis uestri  
hinc cōcludit. Nolite ergo timere, multis passeribus me-  
liores estis uos, Hęc omnia Matthēi. x. Secundū docu-  
mētū, Om̄ne lęsionem quā christianus patitur, ascribet  
prīmū iustę uoluntati dei, Ratio patet ex dictis, quia dei  
uoluntas est prima causa om̄is effectuū positiuor. Dicit  
aut̄ author de causis q̄ prima causa plus influit in effectū  
q̄ quęcūq̄ causa secunda. Ea em̄ uolēte & coopante se-  
quī effectus, ea nō coopante, sequi non pōt, igit̄ diuinę  
uoluntati oīs lęsio ascribī debet. Hoc documentū cōtra  
multos est, qdā em̄ cū ledūt uel lęsionē patiunt, incul-  
pat seu accusant astra, alij demōes tertij fortunā illi phy-  
toniſſas, alij incātatores Deqbus loquiſ pp̄eta p̄s. indi-  
lūlio aquarū multar̄ ad eū nō ap̄ pximabūt. Aque mul-  
te secūdū Augustinū ibidē sunt uarie doctrinę. Vna em̄  
doctrina dehijs uarijs est dicere cū damna acceſſerunt,  
astra fecerūt, alia demon fecit tertia fortūa fecit, q̄ quartā

May. 10.

75

phytonissa fecit, &c. Qui habitant in diluvio multarū  
istarū non ap̄ximant ad deū, una est tenenda doctrīna  
que: Cōfitemini dño qm̄ bonus, Bñdicam dño in omni  
tēpore, semp̄ laus eius in ore meo. Om̄ni tpe, p̄speritatis  
scilicet & aduersitatis, semp̄, siue flagellet, siue blandia, benedicit & cōfitetur dño qui ait, a dño factum est istud  
Varie doctrinę inquinant aiam, ista uera doctrina ad de  
um ducit, mens est Augustini, hanc doctrinā tenuit lob,  
cū ait post illata damna, Sicut dño placuit ita factum est,  
d̄ns dedit domiūs abstulit, sit nomē domini benedictū,  
D̄ns inquit abstulit, non sabegi, non chaldei, nō diabolus,  
nō deniq̄ ignis, quia nec illi potuissent abstulisse nisi do  
mino uolēte & coopante, potestatēq̄ talibus dante. hāc  
doctrinam obseruauit Thobias, qui licet dū ab infantia  
timuit deum, & iuncta eius custodiuīt, non fuit cōtri  
status contra deum q̄ plaga cecitatis euenerat ei, sed im  
mobilis in dei amore permanſit, agēs gratias deo omni  
bus diebus uite siue ut dicitur Thobig. ij. Hanc doctrinā  
unam dedit domiūs cum suam passionē a iudeis iniquis  
sime sibi illatam & ore prophetico & proprio deo patri  
asscripsit dicens p̄ dauid patri Ps. xxxviij. post illa uerba  
obmutui & nō aperui os meū, qm̄ tu fecisti amoue a me  
plagas tuas, passionē scilicet & mortē, ut dī glo. iterli. q̄i  
dī. secūdū Cassio. ut habetur in glo. margi. amoue a me  
plagas quod potes quia fecisti eas Et psalmo. ix. quoniā  
fecisti iudiciū meum & causam meam, pensa uerbū feci  
sti, & plegas tuas, & inuenies doctrinā uerā. Ore uero p  
rīo eandē informationem petro dedit cum passionem  
suam gladio, phibere conabatur, dicens ei Calicē quem  
dedit mihi pater, nō uis ut bibam illū. Ioannis. xviij. Cō  
sidera uerbū dedit & habebis doctrinā sic dīc, in omni  
aduersitate cōtra derisores aut impaciētē inductores  
Calicē quē dedit mihi pater, non uis ut bibā illū: hāc do  
ctrinā pulchre & sepius cōscripsit nobis diuus ille Aug.

b iij

98

ps

ps

ps

Nam in expositioe tituli psalmo. xxix. dicit. No em quic  
quid passi ab inimicis fuerimus, hoc inimicis deputan-  
dum est & non dno deo no. Et subdit post pauca, unus  
quisq; enim malus, apud se habet uoluntate nocendi, ut  
autem possit nocere no habet potestate, ut uelit iam reus  
est, ut possit occulta dispensatioe, pudentie dei in alium  
mittitur ad penam, in alium mittitur ad probationem, in  
aliu mittitur ad coronam. Ergo in que mittitur occulta  
dispensatiois est pudentie dei, ut aut uelit nocere ipsius  
hominis est, non em continuo que uult occidit, haec ibi,  
postea ps. xxxi. sup uerba, gloriamini oes recti corde,  
dicit, rectus corde ille est, qui cum preter uoluntate pa-  
titur aliquid afflictiois, mceroris, laboris, humilationis  
nulli nisi uoluntati dei iuste tribuit. Sic ergo inquit recti  
cor, cuicq; aliquid accidit dicat, dns dedit dominus ab  
stulit. Et post multa pulchra & bene notanda, subdit, in-  
tendit charitas uestra ne forte dicatis, diabolus mihi fe-  
cit, prorsus ad deum refer flagellum tuum, quia nec dia-  
bolus nisi ille mittat qui defuper potestate dedit, deinceps  
de ps. xxxvi. super illo confirmat autem iustos dñs inquit  
Quicquid acciderit iusto, uoluntati diuinae deputet, no  
potestati inimici. Seuire ille potest, ferire si ille uoluerit  
non potest. Et si ille uoluerit ut feriat, nouit suum quem  
admodum excipiat, qui hec duo pensat documeta, suffici-  
ens habet incitamentum pacientie in qua cuncta aduersitate  
Quis enim impacienter ferret illa onera que (iustus deus  
& cuius oia iudicia recta sunt, qui sanctus est in omnibus  
opibus suis) sibi imponit (licet per hoies diabolois vel alias  
creaturas tam per media portada, & tamen de priuveritate.  
**R** Secunda ueritas seu catholica propositio hec est. Effec-  
tus qui sequitur media seu maleficia hominum peruer-  
sorū, no causantur ab huiusmodi medijs, seu maleficijs  
ipsorum, sed alium habet causatorē. Priusq; hanc deduc-  
cam ueritatem, pro eius intellectu expedit cognoscere

qui effectus media seu maleficia maleficorū sequantur  
**N**am licet multī sint effectus particulares, quos huiusmodi malefici contentur, pducere. Ad quattuor tñ gene  
rales possunt reduci. Primo namq; ad hoc laborāt incan  
tatores seu incantatrices, ut elementa cōmoueant, & ex  
eis cōmotis mixta generēt. Conātur enim concitare ma  
ria & uentos, & sic generare grādines, fulmia, tonītra,  
nīues, pluīias, pruīas & sic de alijs, quēadmodum magi  
pharaonis legūtūr fecisse in egīpto, prout recitat Beda  
in quadā Omelīa. De hoc effectu loquitur Augustinus;  
& habetur. xxvi. q.v.in.c. Nec mīrum. ita dicēs. Magi q  
& uulgo malefici ob facīnorū magnitudinē nuncupant  
hij sunt qui pmissū dei elementa cōcutiunt. Secūdo hoc  
homīnū damnatū genus attentat per maleficā sua, face  
re mutatiōes locales sui ipsius ul' aliarum rerum corpo  
ralium, sic enim dicitur q usū catulorum seu aliarū bes  
stiarum, usū furcarum, aut baculo scobarum aut aliarū  
rerum equitent ad cellarā diuitū & eorundē uīna luxu  
riando ebibant, aut ad mōtem fœni, uulgo Heuberg di  
ctum, ubi choreisādo lēta celebrent cōuiuīa, aut ad alia  
loca eis placentia corporaliter moueantur. Sic dicitur q  
iac alienē uaccē recipiāt, & de lignea statua uel alio cor  
pore idem emulgeant. Item q eibos delictatos uel alias  
res usū cōueniētes, de longi quis adducant locis, rursus  
asserunt se per maleficā sua, amatas corporaliter posse  
ducere ad amatores suos, uel illos ad illas, sicut Cirillus  
scribit de quodam malefico, per suffragia tamen beati  
Hieronymi impedito. Sic conātur colligere in unum lo  
cum, & in eodem conseruare, uermes atq; serpentes ua  
rie dispersos, quemadmodum legimus de Zaroes & ar  
phaxat magis, in legenda Sīmonis & Iude, de quibus di  
citur, q suis incantationib; adduxerint serpentes, ma  
gnūmq; draconem & q homīnes fecerint immobiles.  
**T**ertio huiusmodi diuinē legis preuaricatores pessi  
b v

mi per sua maleficia affirmat se pducere posse, effectus corporales permanentes ut sanitatem uel infirmitatem etiam mortalem, aut sterilitatem atque impotentiam in viris, putredinem multis capitulis in tib. defri. & male. Sic per sua media conantur res corporales a deo productas, in aliâ transmutare formam. sicut legi Exo. vii. de magis pharaonis quod uirgas in manibus suis tentas, uerterunt in colubros & fluminis aquam in sanguinem, recitat etiam Augustinus. xvij. de ciui. dei capitulo maleficio, socios Diomedis uersos in uolucres. Et capitulo, xvij. recitat socios ulissis per Circen famosissimam magam in bestias mutatos. Et quodam homines, arcades dictos post transmutationem cum iusdam fluminis in lupos fuisse conuersos, & rursus post nouem annos (quibus in deserto cum feris uiuebat) renatato eiusdem lumine, iterum in homines reformatos. Scribit etiam Augustinus ibidem se cum in Italia esset audiuisse, quod illuc magis quedam stabulariae essent, datus aliquid in caseo hospitibus quibus uolebant, & inde illico in iumenta uerterentur, portarentque iumentorum more onera quecumque magis uellent, post que perfundita opera, iterum in propriam redirent formam. Et ne haec que scripsisset Augustinus fabule iudicarentur, in capitulo. xvij. post multa que ibidem deducit, dicit, hec ad nos peruerterunt per eos, quos nobis non estimamus esse mentitos. Sic in uitis patrum, parte prima, folio. xix narratur quod maleficio uirgo quedam iudicio omnium putabatur uersa in equum, que per parentes eiusdem, ad sanctum Macharium fuit deducta, ad cuius preces & oleum per eum benedicti unctione, pristinam recepit formam humanam. Quarto malefici gloriantur posse suis maleficis animos seu uoluntates immutare humanas ad quarum mutationem uarij sequuntur effectus ad extra. Sic legimus in uitis patrum, de sancto Hilario, parte prima, folio. xl. per maleficum uirginem quandam

Dicitur uero

ita incensam ad cuiusdam iuuenis amorē, q̄ quasi insana, reiecto corporis habitu, rotatisq; crinibus, nūl nisi nō men adolescentis coepit inclamare, sed suffragio sancti Hilariōis fuit liberata. Simile scribit Gregorius, l. i. dia. capitulo. iiiij. de quodam ficto monacho Basilio dīcto, q̄ ita incantauerit quandā monialē q̄ dicebat se moriturā, nūl Basilius monachus eam uisitaret, que postea precibus sancti Equicij fuit liberata. Plures alij possēt recitari maleficorū effectus, sed hīj sufficientantur. Nō facile quisq; dabitur qui ad unum de p̄dictis effectibus non sit reducibilis. Huiusmodi autē effectus producunt (ut dīcunt ipsi) per quattuor media. Primo p̄ imagines c̄ereas uel alterius materie, quas cōsecrant, quibus & tanq; deo ali quādo sacrificant & offerunt. Secūdo p̄ characteres & figurās (ut dīcunt) similiter consecratas. Tertio per uerba & carmīa (uulgo segen dīcta) scripta uel prolata, qui bus multas tribuunt facultates aut agendī vires. Dicūt enim carmina hēc tantē existere efficacie, q̄ uirtute eorum ledantur uel sanentur oculi, aures, dentes, ceteręq; hominum infirmitates, pecoraq; in siluis & mōtibus resūcta, a lupis cāterisq; protegantur feris, homines ab hostib; liberētur armorumq; ut gladiorum telorum imabombardarum iesenē, aquarumq; suffocatione, defendantur. Et breuiter. Non est aliquid effectus per naturā attingibilis, quem malefici non dicant suis carminibus prolati, scriptis, & uel collo suspensis aut alias secū portatis posse consequi. Haec autem carmina aliquando sonant per formam bñdictionis, aliquando oratiōis, aliquā formā gerunt exorcismorū. Quarto uero ad p̄ducēdū p̄dictos effectus utuntur rebus q̄busdā naturalib; (licet naturalē actionē ad tales effectus nō habeant) ut herbis unguētis, puluerib; lapidib; radicib; & s̄epe uenenis, quibus aspergunt uel tangunt alios, quos incantare

*media manutinet*

*Yūnes Rzec  
carmina  
curatorem*

uelunt, aliquando etiam easdem res in potum uel cibum  
miscent & ceteris ad esum uel potandum ministrat. Vnde  
sepe hominem quem ad amore incendere uolunt, occidunt,  
uel in grauem infirmitatem iniiciunt, prout tempore meo  
contigit in Dornstette, aut dictas res loco uel sedibus q  
bus alij quiescunt abscondunt uel in uestes occultant & sic  
de alijs. Isti uero quattuor modi, aliquando adiuicent  
scenit a maleficiis. Nam aliquando ad carmina, recipi  
unt benedictiones, seu exorcismos, aliquando sacramenta  
ecclesie. Sepe etiam ad illa media applicant missas, aliquan  
do (qd horrendum est) uenerabile eucharistie sacramentum,  
aliquando sacramenta ecclesie ut aqua baptismatis Cere  
um pascant, sanctorum reliquias & sic de consimilibus.

Istis presuppositis probada est ueritas predicta scilicet  
q effectus maleficorum, qui dicti sunt, non causantur a me  
diis que ab huiusmodi maleficiis afflumunt, puta imaginib  
us, characteribus, carminibus, &c. sed alii habent cau  
santem, quod sic patet, qd isti effectus dicti, causatur a  
talibus mediis, quero aut causantur ab eis tanquam a causis  
naturalibus, aut sequuntur isti effectus talia media sicut  
signa instituta, quae admodum doctores sancti dicunt, se  
qui graciem in animam hominis, ad sacramentorum perceptio  
nem, quia ita deus sacramenta sua instituit, qd qui cum  
illa rite suscepit, ipse deus uelit animam suam infundere  
gratiem, uel gratiam prius habitam augere. Si dicas pri  
mum, qd scilicet hec media tanquam cause naturales produ  
cant huiusmodi effectus, Tunc sic arguo, Quocumque sunt  
eiusdem speciei specialissime, consimiles habent produ  
cere effectus ceteris paribus, sicut si ille ignis producit  
calorem, omnis ignis eiusdem speciei specialissime est  
productus calor. Si reubarbarum istud purgat coleram  
omne eiusdem speciei specialissime est purgatum colere  
& sic de alijs. Si ergo hec carmia qd tu pferas, producunt in me  
infirmo sanitatem ergo oia carmia eiusdem speciei specialissime

Quoniam

substantialis sunt productura eiusdem sanitatis in me. Sunt autem omnia carmina scripta ex eodē incausto, eiusdē speciei specialissimē substantialis, quā nihil aliud in re sunt carmina scripta, nisi incaustum sit in chartam uarie p̄tractum. Recte ergo sicut omnes guttulē eiusdem incausti sūt eiusdē speciei specialissimē substantialis, ita omnia carmina de eodē incausto cōscripta sunt eiusdē speciei specialissimē, qua propter si tua carmīa scripta de incausto in foro uendito, sanant hanc infirmitatē naturali uirtute & carmina mea de eodē incausto scripta sanabūt eandē infirmitatē! Nec refert si de eodē incausto, ego alia uerba q̄ tu scribā, quia mea & tua de eodē incausto cōscripta, in se sunt incaustum ipsum, unde nō obstante quantū cūq̄ uarie & diuerse a te, eius guttulas illius incausti in chartam p̄traxerim, nō incipiūt ille guttulē esse alterius speciei specialissimē a tuis eiusdē incausti guttulis, aliter in chartam similis materię depictis. Iccirco cū tuis semper habebunt eandē efficaciā naturalē! Sic omnia uerba in uno aere prolata sunt eiusdem speciei specialissimē substantialis, uerba enim in se nō sunt nisi aer fractus lingua. Vnde quātumcūq̄ ego frangam aerem cū lingua mea illa uerba, nō differunt specie a tuis uerbis in eodē aere a te prolatis, quia sicut tua uerba sunt partes aeris fracti ita mea sunt partes eiusdem aeris fracti. Recte ergo sicut partes eiusdem aeris sunt eiusdem speciei specialissimē substantialis. Ita uerba in eodē aere, plata in se sunt eiusdem speciei specialissimē, qua ppter si tua uerba prolatā, naturaliter sanant hanc infirmitatē & mea sanabunt eandem, nō obstante q̄ in auribus audiētiū aliter sonet uerba mea & tua. Non enim refert, q̄ tu in eodem aere aliam fractionē q̄ ego facias & sic alia uerba a te sonent q̄a me, quā sicut lingua eiusdem arboris si uarie secātur, non incipiūt ppter ea esse alterius speciei specialissimē substantialis. Ita licet ego lingua mea aliter frangam aē

rem q̄ tu, & sic aliter sonēt uerba mea q̄ tua, quia tamē  
mea & tua uerba, plata sunt partes aeris eiusdē spēi spe-  
cialissimē Non oportet q̄ mea & tua uerba in eodē aere  
plata, ppter ea cessēt eē eiusdē spēi specialissimē Sic est de  
imaginibus cereis, si factē sunt ex eadē cera, oēs sūt eius  
dē spēi specialissimē, qā nihil sunt nisi ptes eiusdē massē ce-  
reis, q̄ sp̄ manēt eiusdē spēi specia. Et ita siue accedat cōse-  
cratio ul'ne, nō imutabit̄ actio naturalis. Sicut si ignis p-  
eisdē uexatos fuīsse & inde in ignē & aquā tales cecidis-  
se, sed a dño liberatos fuīsse Matthēi. xvii. de q̄rū tñ pctis  
qbus hec demeruerint non legiū, sic fer̄ sanctū **A**nto.

a dēmonib⁹ fuisse graūter uulneratum, Et Iob cōstat  
a dēmone pessimo uulnere fuisse p̄cussum, Vnde sicut  
sanctissim⁹ Ioannem baptistam ad petitionē incestuose  
meretricis permisit decollari ab Herode, non ab re est  
etiam iustū hominē si ad practicam maleficorū cōcedat  
lēdi in corpore seu rebus a dēmonib⁹, Vtrū autem dia  
bolo nō lēdente homines, ad incantationes maleficarū  
nihilominus sequeretur lēsio illa, a deo solo uel alia crea  
tura, respondeat qui cōsiliarius dei sit, hoc dico si nullus  
maleficus esset in terra, diabolus uoluntatem perdendi  
om̄es hoīes fideles nihilominus haberet & si sibi daret  
executio a deo illius male uoluntatis, nullus fideliū per  
diem uiueret, sed siue deus det sibi facultatē exequendi  
malam suam uolūtatem, cum incantatores sua exercēt  
maleficia, & utrum non daret diabolo facultatem lēden  
di homines, si malefici sua maleficia omittet, nemo ni  
si ex speciali reuelatione dicere potest, Verum licet di  
stincte cuiuslibet effectus a dēmōe ul' alia creatura ope  
rati, causa diuinę permissionis assignari non possit, do  
ctores tamen sancti, prēcipue Augustinus. vii. capitulo  
xxxv. de trini. Et Gregorius in prefatione in expositio  
nem super Iob capitulo nono, Et Christo, i omelia prima  
facta in anthiochia priusq; presbiter esset cōstantinopo  
litanus, generales diuinę permissionis causas assignant  
multas quas hic etiam placet recitare, Harū autem pri  
ma, cur scilicet deus diabolo consentiat ut ad maleficia  
incantatorum huiusmodi effectus operetur, hæc est, ut  
scilicet fallentur, decipiāturq; fallaces & decipi uolen  
tes, Dignum quidem est atq; iustum, ut qui diuinam uo  
lūtatem (quam deus in scripturis, salutaribus prēceptis,  
monitis & consilijs nobis ad nostrā salutē manifestauit)  
a peritis & legē domī itelligētibus audire, atq; addisce  
re possit, sed eandē inuestigare dissimulat eorū forma  
tionē audire cōtēnunt, plus istis uanitatibus maleficorū

François de la Roche

125

quam sacris eruditio[n]ibus ecclesie & doctorum eiusdem  
 credunt, firmiusq[ue] stultitij[u]s uetularu[m], quā uerbis sanctas  
 rum scripturarū adh[er]ent, cum tota au[di]tate uanis cu[m]  
 riositatibus intendit, sicq[ue] se sponte uilissimis spiritibus  
 captiuos offerunt, dominū cui per suorum mandatorū  
 obseruatiā subditū esse deberent, relinquētes. **A**d diabo-  
 lo quoq[ue] totius humani generis hoste auxilia querunt,  
 omniū saluatore dimisso, dignum inq[ue] & iustum est ut p[ro]p[ter]a  
 missu dei in manib[us] diaboli eiusq[ue] erroribus ac seduz-  
 ctionibus relinquant, tantoq[ue] firmius sibi adh[er]eant ad  
 damnatio[n]is sue cumulū, tanto deniq[ue] in erroribus quos  
 sponte elīgunt, amplius cōfirmentur, quāto ea que per  
 huiusmodi maleficia nequiter assequi desiderant, adipi-  
 scuntur, denturq[ue] in reprobū sensum, & cū deum que p[ro]p[ter]a  
 fidem cognouerūt, non glorificarūt, sed euanuerunt in  
 cogitationib[us] suis, insipiens fiat cor eorum. **Q**uid enim  
 iustius quā ut is qui sponte deserit ueritatē, eligit autē  
 falsitatē & mendaciū, a mendatio fallatur, & in falsitate  
 pereat. Exemplo regis Ochocie qui cōtemptis prophetis  
 domini, auxiliū & cōsilii quesiuit in sua infirmitate ab  
 Idolis, unde dominus dixit sibi per Heliā, Nunquid non  
 est deus in Israel ut eatis ad cōsulendum Beelzebub in  
 accaron, quamobrem hęc dicit dominus. De lectulo sup  
 quē ascendisti nō descendes, sed morte morieris. **iij.** **R**e-  
 gum. i. **S**imile recitat cancellarius parisiensis Ioannes de  
 Gersona in tractatu contra supersticio[n]am obseruationē  
 dierū in fine, de quodā príncipe qui tempore huiusmodi  
 maleficijs utebatur, & dum sibi psuaderetur ut a sapiē-  
 tibus quereret cōsiliū, utrum lícite essent supersticio[n]es  
 iste quas exercebat, & quibus fidē dedit respōdisse fer-  
 tur. **C**ur inquirerē a talibus, scio enim q[ue] disconsulerent  
 mihi, ego tamē sic agere & sic credere penitus disposui  
 nec omittam. **S**ed quid iusto dei iudicio actum sit, atten-  
 dite, in hoc errore positus, repētina morte perīt, sicq[ue] in

uanitate quā elegit in sui damnationē hinc discessit, unde uniuersi agnoscere potuerunt, quē uere ppheta dīceret, **O** disti obseruantes uanitates superuacue, **E**t per hoc habetur responsio danda simplicibus, cum sic argumentant̄. Ecce dolui dentes, oculos, furto perdidī pecuniam meam accessū maleficū, ptulit quedā carmiua supdētes, oculos. appendit cedulam ad collū meum, ostendit mihi pecunia & ce. cur non credam sibi, cur non utar auxilio suo, si deo tantum displiceret nō sineret effectus istos sequi ad media incantatorum &c. **D**ico quod dñs deus propter tuum demeritū admittit diabolo huīus modi effectuum operationem, ut quia contra dei p̄ce p̄tum queris sanitatē a diabolo, & scire ea tali uia q̄ non competit scire a diabolo sanitatē, & petita ad uota cōsequaris, ut sic fortius laqueis diaboli astringaris, & dum a diabolo sanitatē contra deū queris, in egritudinē atq̄ mortem eternā ducaris, prout ait Augustinus in.c. Qui sine saluatore xxvi. q.ij. **D**um quoq̄ pecuniam tuam ab incantatore recipis, animā & corpus in eternum per das fiatq̄ & tibi sicut egipcijs, q̄ plus crediderunt magis suis quā seruis domini Moyṣi & Aaron, hinc deus diabolo cōcessit ut oīa (mīnimo dempto) faceret ad incantationē magorū que fecerūt signa Moyses & Aaron, hinc factū est, ut in errore quē ipsi elegerūt amplius cōfirmaretur Hanc rationē pulchre tangit Augustinus, & habet in.c. nec mirū. xxvi. q.v. ubi ita dicit, hec potestas ideo datur dēmōibus, ut pueros hoīes sibi aptent, hoc est prauos hoīes seducat, illos scilicet q̄ spērūt ueritatē & credunt mēdatio. Et iuxta Pauli sententiā. C.i, ad Thīmo. iiiij. & viij capitulīs. Sanam doctrinā non ferunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi mḡros pruriētes auribus & a ueritate quidē auditū auerūt ad fabulas aut cōuertūt onerati p̄ctis, ducent̄ uarijs desiderijs semp distantes & nūq̄ ad sciētiā ueritatis p̄manētes, quēadmodū aut iam bres & mābres restiterūt Moyṣi, ita & isti resistunt ueritati.

tati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem, sed ultra non proficiunt, insipientia eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit, hec ille. Eandem autem Augustini mentem tenuit Cancellarius parisiensis. in tractatu, contra superstitionem cuiusdam medici conclusionem. vi. ita dicit: Sicut uera & christiana fides, mirabilia opatur in bene credentibus, sic & falsa & mala credulitas deo permittente euertitur males interdum opatur, uel potius demeretur, quod experimur quotidie in male credulis, quos ita deus punit propter malam fidem, immo dum cognoscit eos adhaerere uanis observationi, permittit aliquos euentus contingere, et ita eos plus consequenter firmari in tali opinione ut maior fiat cecitas eorum, & in laqueum cadat quem sibi fecerunt, hec causa prima respicit incantatores & querentes eorum auxilia seu consilia. Secunda causa, propter quam deus concedit diabolo potestate assistendi suis mediis a maleficiis exhibitis & opandi effectum ab eisdem maleficiis optat, est probatio fidelium, quae fide atque dilectione habeat ad deum, & eius precepta, Teste enim Christo. i. uero. i. ubi supra. Amatis est nunc ab aliis quam amato complacent abstinerem, mollis & ignarus statim ex primo ipetum concidet, uehemus aut si millies interpellat, tanto magis instabit, quanto magis repellitur, Sic quod magna & fortis fidei ad deum est, fide non relinquit quantumcumque graviter stimulet. Cum igitur lesionem passus es, in corpe uel rebus, sit a diabolo uel hoere malo uideretur quo alii consilii lessi, liberationem consecuti sunt per maleficia incantatorum. Exempli gratia, si firmus es, claudus factus es, perdidisti numeros, &c., egrotare incipiunt pecora tua &c. Viz des ex aduerso, quod alii consilii infirmi, claudi &c., maleficos accesserunt, eorum consilia & media assistenter inde sanati sunt, numeros receperunt &c., si propterea tu eosdem accedis maleficos, secundum eorum consilia dannata agis, ita constat quod fidei contra dei & ecclesie suae precepta ad deum non habens neque dilectionem immo saitatem pecuniam, quam per maleficos sequitur laboras plus deo

diligis, & cū propter illa cōsequenda a deo recedis plus  
quoq; a diabolo & eius ministro quā a deo solationem  
queris, ad deum fidem nō habes, qua credere debes, ip  
sum solum esse uerum salutis dominū. Si uero non ob  
stante, q̄ ceteri simili defectu tecum laborantes a malefi  
cis curati sīnt. tu maleficos non accedis, eorum consilia  
non queris, eorum media ideo abhorres, quia deus tibi  
hec inhibuit, & potius eligis uiuere cum obseruātia mā  
datorum dei in egestate & egritudine, quā cōtra deum  
in diuītijs & sanitatis uoluptate. Iam cōstat, iam ad lucē  
deductum est, iam probatus es, & in p̄batione inuentus  
q̄ ueram in deū fidem atq; dilectionē habeas, unde eter  
na uita dignus sis, hanc causam diuīne promissionis assi  
gnat scriptura sacra Deu. xij. ita dicitur. Si surrexerit in me  
dio tui p̄phetes, aut qui somniū se uidisse dicat & p̄dixe  
rit signum atq; portetū, & euenerit quod locutus est. et  
dixerit eamus & sequamur deos alienos, nō audies uer  
ba prophetē huius aut somnioris, Cur? quia tentat uos  
dominus deus ut palam fuit an diligatis eum an non in  
toto corde uestro, & in tota anima uestra, dominū deum  
sequimini & ipsum timete, mandata illius custodite, &  
audite uocē eius, ipsi seruietis, ipsi adh̄rebitis. Prophe  
ta autem ille aut factor somnioq; interficietur, quia locu  
tus est ut auerteret uos a domino deo uero. Ecce expre  
sse interdicit dominus audire doctrinam falsorū prophe  
tarum (cuiusmodi sunt malefici). Nec imitanda est eorū  
informatio ut contra deum agatur, etiam si euenerit qd  
ipsi futurum dixerint, quia hoc admittit dominus deus  
ut palam fiat si diligatur ipse, an ne. Et per hoc patet priz  
mo ius ciuile, in l. eorū. C. de male. & principes secula  
res errare, cum p̄mittunt & non prohibent illos malefici  
cos, qui non nocent sed suis maleficijis (ut dicunt) curant  
homines seu pecora, quia hec curatio corporum, indu  
cit perpetuā mortē animarū, auertitq; fideles a deo suo,

F. 11v

uinam a quo expectatur effectus licitum erit. Notanter autem pensandum est quod dixi, ut scilicet a solo deo liberationis effectus expectetur. Non enim credendum est quod uerba prolata, uel aqua benedicta, cereus ardens & similia inducant sanitatem, fugatis demonibus, sed solus deus per orationem, uerba & alia inuocatus, fugat de monia. Ideo a solo deo expectandus effectus est ille libera tiōis per talia media nō prohibita, nec malī specie habetia & in eius laudem gloriamq; ordinata, ab ipso quesitus.

Recte enim sicut ambulans, habens signum regis, liber est ab hostib; non quia signum quod defert, securitatem prestat aut hostes fugent, sed potentia regis, hanc se curitatem reddit ita homini licita media non sua uirtute fugant demones & ab eisdem liberant, sed dei omnipotens uirtus quem per talia media ueneratur atque colit, fugat & liberat, a maleficiis prout pulchre diffinit. **V**ulhel mus parisiensis, in de fide & legibus, & tantum de reme dijs in generali.

**E**x illis tanq; fundamento cōmuni, plura nunc possunt contra maleficia colligi i remedia specialia, inter quae pri mū est ut maleficiatus seu incantatus ueram assumat poenitētiā, contritionē habeat sincerā de peccatis, puram de eisdem faciat cōfessionem ac sese in satisfactionis operibus, puta oratione, elemosinis & ieconijs ceterisq; bonis actiōibus exerceat. Recte enim sicut in corporali infirmitate ut abiiciatur, primam huius infirmitatis causam expellere necesse est. Egritudinis enim causa reiecta, simul ejiciet & egritudo ipsa, ita in pposito si homo (sicut sep̄issime fit) propter peccata sua a deo misericorditer datur in manus diaboli, uel malī hominis aut alterius creature, ut eum ledat in corpore uel rebus, quatenus huiusmodi lesionibus tamq; flagellis agatur a malis ad bona recognoscatur se contra deū aliquā male egisse, qui nunc ab eo exposcat satisfactionē mō supra dicto

f

114

*Tertius modus Iustus dicitur p. p. p.*

Si a talibus flagellis liberari cupit, in primis amoueat illos flagellorum causam id est peccatum, amoueat inquit cor de poenitendo, ore confitendo, opere quod satissimamente. Causa enim illa amota, amouetur & flagella ipsa. Hanc medicinam dedit dominus ipse Matth. ix. cum paralitico ad eum duxit dixit Confide fili remittitur tibi peccata tua. q.d. Infirmitas hec corporalis est propter infirmitatem animae id est propter peccata tua. ego autem nunc remitto tibi peccata hec, confide ergo, quia causa infirmitatis expulsa, statim sanitatem consequeris. Huiusmodi remedium omnes prophetae Iudeos docuerunt, cum ipsos fame, peste, uel gladio a domino percussos, ad poenitentiam uitęq; emendationem induxerunt prout clare patet discurrendo per totum biblię textum. Tantum & hec contra maleficium cura in c. si persortiarias. xxxij. q. i. ubi ita dicitur, hortandi sunt quibus ista eveniunt, ut corde contrito & spiritu humiliato deo & sacerdoti de omnibus peccatis suis, puram confessionem faciant per fusis lacrimis & largioribus elemosiniis & orationibus atque ieiuniis domino satissimant. Secundum remedium, put innuitur in dicto. c. si persortiarias, est assumere exorcismos, & cetera sacramentalia, que ad effugandos demones ab ecclesia instinctu spiritus sancti instituta sunt, inter quae primus est aqua benedicta, quae ad hunc finem diebus consecratur dominicis, de hac ut bos nam habeatis informationem sciatisque ad quid & quomo do hac uti debeat, in primis considerandum uobis est, quod ex quo primus homo creatus fuit, ut deo secundum omnes uires suas subesset atque seruiret, propter quod & totus mundus in sui seruitutem sibi datus est, cum deo in obdienzia fuit, iuste a deo derelictus fuit sicut in potestate diabolii relatus, non solum quo ad se, sed etiam quo ad omnia que in usum hominis eveniunt in ipsius nocentium, ut uult. b. Thomas in, iiiij. di. vi. q. ultima. In cuius si gnum quia nulla est conuentio christi ad belial, ut dicit

Apostolus.ij.Cor.vi.qnando cōqz aliquid sanctificandū  
est ad cultum diuinū, prius exorcisatur, ut liberatū a po-  
testate diabolī, qua illud in nōcumentū homini assūme-  
re poterat, deo cōsecretur, ut patet in benedictiōe aquę  
salis, palmarū, fontis, templi, similiter & hominis baptis-  
andi & ceterorū, quia aut̄ diabolus conat nocere homi-  
ni quadrupliciter in genere. *Liber Baptiz.*  
*ad li. ad huc*  
Nititur em̄ primo hominē  
impedire in salute sua & hoc malis suggestiōibus, fantas-  
ticis & uarijs illusionib⁹ & spiritualib⁹ tentatiōibus  
ut peccatis irretiat. Secundo peccator⁹ uinculis quibus  
tenet p se illaqueatos, Tertio nititur tgalier nocere ho-  
minī corporib⁹ egritudinib⁹. Et quarto sterilitatib⁹  
rerum externarū uictui ac propagatiōi necessariarū. Ideo  
contra has dēmonis maliciās, inter alia plura remedia, q̄  
dominus misertus humanę infirmitati potestati diabo-  
licę traditę & iustissime relicte misericorditer contulit.  
Etiam aquam benedictā ī ecclēsia sua esse dispositū ut sua  
aspersiōe a corporib⁹, locis, rebus aspersis, diabolus cū  
omnibus suis nequitia, insidijs, illusionib⁹ ac uexatiōe  
fugetur, quo ad primum, peccatorū pr̄sertim uenialiū  
remissio daretur, illa enim homo nō omnino cauere po-  
test insidiante diabolo. Secus de mortalib⁹ & iō morta-  
lia fortiorem exigunt medicinā, infirmitates enim cor-  
porales & aeris infectio illum inducentes, quatenus di-  
aboli machinatione inductę sunt currentur, quo ad ter-  
tium, & sterilitas tam prolis quā terrę nascentium longi-  
us propellatur. Ex quibus sequitur congrua dispositio,  
purgatio, & sanctificatio ad dei cultum & sacramento-  
rum susceptionē, quo ad duo prima, & tranquillitas cor-  
poris atqz fœcunditas tam rerum q̄ prolis quo ad ulti-  
maduo. Vñ etiam patet q̄ cōtra incantationes & male-  
ficia diaboli plurimum ualet aspersio aquę benedictę.  
Quod hec omnia ita sint patet ex decreto Alexandri  
pape & ořone ecclę, quā facit in benedictiōe illius aquę

f ij

123

Nā alexāder papa quītus a beato Petro iſtitutus, qui ſe  
dit anno domīni. lxxxij. ita ait ut habetur de cōſe. di.iiij.  
in.c.aquā. Aquam ſale asperſam populis benedicimus;  
ut ea cuncti asperſi ſanctificent, & puriſcentur, quod &  
omnīhus ſocerotibus faciēdum eſſe mandamus. Nam  
ſi cinis uituli asperſus, populū ſanctificabat atq; munda  
bat, ſilicet a uenialibus ſcdm glo. L eui. xix. Multo magis  
aqua ſale asperfa diuīnisq; precib; ſacrata populū ſan  
ctificat atq; mundat ſilicet a uenialibus, cum ſilicet ſu  
mitur tali intentione ut ſibi remittantur talia uenialia pec  
cata, ſecundum Petrum de palu. in.iiij.di.xvi.q.i. ſequi  
tur. Et ſi ſale asperfa per heliſeū, ut habetur. iiij. Regū. q.  
sterilitas aquæ ſanata eſt, quāto magis diuīnis precib; ſacratus,  
ſal sterilitatē aufert rerum humanarū, & coinq  
uīnatos ſanctificat & purgat, & cetera bona multipli  
cat & iſidiā diabolī auertit & a fantasmatis uerſuīs  
homīes defendit. Ecce expreſſe utilitas aquæ benedictæ  
in mundādo a uenialibus in ablatiōe ſterilitatis rerū hu  
manarū, auerſione iſidiārū diabolī & multiplicatione  
ceterorū bonorum. Ad idem eſt oratio ecclie in benedi  
ctione illius aquæ. Sic enim orat ecclesia. Deus qui ad ſa  
lutem humani generis, maxia queq; ſacramēta in aqua  
rum ſubſtantia cōdidiſti, adeſto propitiuſ invocationi  
bus noſtriſ, & elemento huic multimođiſ purificationi  
bus p̄parato, uirtutē tuę benedictionis iſfundere, ut crea  
tura myſterijs tuis ſeruiēs, ad abiſciendos demōes mor  
bosq; pellendos diuīne gratie ſumāt effectum, ut quic  
quid in domib; uel in locis fidelium hęc uanda reſpere  
rit, careat omni immūdicia liberetur a noxia, non illuc  
ſideat ſpiritus pestilens, nō aura corrumpens, deſcēdat  
omnes iſidię latentis inimici, & ſi quid eſt quod aut in  
columitati inhabitantiū inuidet aut quiete asperſoē hu  
ius aquæ effugiat ut ſalubritas per invocationem ſancti  
nominiſ tui expetita, ab oībus ſit iſpugnatiōibus defen

sa / Et in alia oratione super aquam & sal cōmixta dicitur  
Te supplices deprecamur ut hāc creaturā salis & aquae  
dignanter accipias, benignus illustres pietatis tuę mo-  
re sacrificices ut ubicumq; fuerit aspersa per inuocatio-  
nem sancti nominis tui, omnis i festatio ī mundi spiritus  
ab i sciat, terror q; uenenosi serpentis procul pellatur,  
& pr̄senta sancti spiritus nobis tuam misericordia pa-  
scientibus ubiq; adesse dignetur. Ecce quid petit a spon-  
so suo deo sancta ecclesia in benedictioē huius aquę. Ex  
illo patet expresse, Primo q; aqua b̄ndicta & cetera ab  
ecclesia i nstituta, nō sunt ab ecclesia cōtemnēda, licet nō  
sint sacramēta, nec habeant efficaciā ex opere operato,  
quia effectum habent nō solum ex merito & fide utētis  
sed ecclesię totius. Vnde sicut nō est paruipendenda fi-  
des, meritum, & oratio totius ecclesię, sic nec ab ea i nsti-  
tuta. & quanto plus ualet meritum & fides totius ecclie  
się quā unius personę; tanto ceremonię uniuersalēs ec-  
clesię p̄cellunt deuotionem singulorum. Mens est Pe-  
tri de palu. in. iiij. di. ij. q. i. ar. ij. Patet secundo q; utile est  
christianū est, & intentioē ecclesię consonū, frequenter  
aspergere aqua benedicta, ne dum homines & corporis  
membra, sed & habitacula, cubilia, lectos & huiusmodi  
imo cibos & i ndumenta & uniuersa homini seruētia, ut  
sicut in hijs o mībus homini infestus est diabolus, ita ab  
omnibus congruis ecclesię remedijs arceatur, nec mirū  
quia si propter hoc, iam sacrata loca asperguntur, ut ec-  
clesię, cimiteria, altaria, reliqarū & uenerabilis eucharis-  
tie promptuaria, ut coerceatur malignus, ne impedit  
deuotionē orantium, quanto magis ad eundem finem  
aspergenda sunt habitacula nō sacrata. Patet tertio q; fi-  
deles non sunt prohibendi nec reprehendēdi qui infir-  
ma corporis sui membra tumores uel uulnera, aqua be-  
nedicta aspergunt, uel humectant, pro acquirenda citius  
sanitate, diaboli fugatis insidijs. Similiter qui singula

f ij

129

habitationis sive loca usque ad cellararia ac iumentorum stabula cum iumentis asperguntur. Si enim omnibus hijs insidiatur diabolus malitia, cur non per ecclesie remedia hec esset fuganda? dum tamem haec simplici animo fiant nulla superstitione admixta, secus si aliqua superstitione iungentur, ut quod tali tempore ante ortum solis uel post occasum & non aliter aspersio fiat, aut aqua benedicta de caldario sacerdotis, uel cum tali aspersorio, uel tot uiscibus fiat, &c. Sic non spes in aquam ponatur, quasi ipsa huiusmodi effectus operetur, sed in solum deum & ab ipso expectentur huiusmodi effectus, ad aspersionem aquae, super quam nomine totius ecclesie diuinum nomen est inuocatum, & qui deus per totam ecclesiam ut huiusmodi effectus ipse operetur ad illius aquae aspersione est exoratus, quod haec aspersio fiat ad honorem dei, quia scilicet super ipsam aquam nomine ecclesie diuinum nomen est inuocatum. Verum si quis ad honorem dei quia sanctissimum nomen est super aquam inuocatum omittit aspersionem huius aquae, ad iumenta uel stabulum eorumdem, propter fœditatem aut uilitatem illorum, laudandus est cum centurione qui humiliiter domini presentiam a domo repulit, & propter istam deuotionem & reverentiam ad diuinum nomen quantum utile est, tanta consequitur utilitatem, quantum si aspersionem bona intentione etiam alia faceret.

*De sale.*

**C**tertium remedium est uisale consecrato, ex intentione supra dicta, Nam sicut aqua benedicta consecratur & in consecratione eius orat ecclesia, ut sparsi liberentur ab insidiis diabolus, ita ex eadem causa oratio in consecratione salis, Sic enim petit, immensam clementiam tuam omnipotens eterne deus humiliiter imploramus ut haec creaturam salis, quam in usum humani generis tribuisti benedicere & sanctificare digneris, ut sit omnibus summa salus mentis & corporis, ut quicquid ex eo tactum

uel respersum fuerit careat omni immundicia omnique in  
pugnazione spiritualis nequit, non ex uirtute salis sed  
ex operatione solitus dei cum salus queritur ab eo solo, ad  
cuius honorem sal suo nomine consecratum, in usum ab  
homine sumit, ut per huiusmodi deuotiōis opus, a deo  
salus corporis & animae petita obtineatur & hoc meritis  
precibus totius ecclesie sic fieri ordinantis.

Quartum remedium est eo fine uti candelis in purifica-  
tionis festo beatissime uirginis Benedictis, sic enim in be-  
nedictione illius cere orat ecclesia, ut in quibuscumque locis  
accersa siue posita fuerit, discedat diabolus & contremis-  
cat & fugiat pallidus cum omnibus ministris suis de ha-  
bitationibus istis, nec presumat amplius inquietare uel illu-  
dere seruientibus deo, addens, proinde supplices te do-  
mine, ut mittas sanctum angelum tuum Raphaalem, qui  
auulsit & repulit a Sara & Thobia demonem mortiferum  
eos infestantem, qui conterat illum & depellat de cunctis  
habitationibus coletium deum, de basilicis de omnibus  
angulis, de lectulis, de reectoriis, & de universis locis  
in quibuscumque deo famulantes habitant & requiescent,  
dormiunt aut uigilant, ambulat, aut consistunt, nec ualeat  
amplius inquietare uel paurorem immittere super illos quae  
sancti chrismatis tui uictio fecisti esse munitos, denique  
precatur ecclesia ut omnis plebs que has candelas in  
manibus portat ad laudem & honorem dei suorum mas-  
trorum, per intercessionem sanctissime marie & per preces  
omnium sanctorum a deo exaudiatur in precibus suis,  
hic quoque ab ea omnes tenebre & cecitas cordis ex-  
pellatur, ut in extremo iudicio cum bonis & lucenti-  
bus operibus deo occurrant, & ad lumen beatitudini-  
nis eternae cum gaudio introducantur, sicut beata uir-  
go hodie cum leticia intulit christum dominum, & Si-  
meon cum gaudio eundem suscepit in manus suas, ecce quanta  
utilitas est in debito usu istarum candelarum, ex his

Primo patet stulticia, stultaq; superbia quorundam elatorum hominum has candelas non deferentium, quasi non indigeant defensione a demonibus, quasi non petant hic a deo illuminari sua ḡra, & bonis operibus ut sic perueniat ad fruitionem eterni luminis. Patet secundo, q; non debent prohiberi fideles qui pia intentione huiusmodi accendunt candelas apud puerperas ad honorem dei & bene dictae matris sue, quorum nomina sunt super eas inuocata, sicq; sperant q; deus propter istam devotionem & beata uirgo propter eius reuerentiam in hoc sibi exhibitam, adoptati effectus cōsecutionem assistat, sic ex huiusmodi intentione non sunt prohibendi fideles ut cū huīusmodi candelis domus suas illustrent, dum modo tamen nulla iniurieatur superstitionis ad dei laude prorsus non pertinens.

Quintum remedium est uti ramis palmarum & aliarum arborum intentione supra dicta. Sancta enim sponsa christi ecclesia catholica in benedictione huiusmodi ramos, supplicat, ut quicumq; tales ramos laturi sint in hoc seculo, tentamina hostis antiqui superent, ut tacitū victores cum bonis operibus possint comparare apud deum in finali iudicio. Orat etiam omnipotente deū, ut loca ad quæ deportati fuerint, ita sanctificantur q; omnis iniquitas seu illusio demonum abscedat cum & osq; fideles in locis huiusmodi habitantibus dextera dei protegat quos sanguine suo redemit. Vnde patet q; christianum est & consonum ecclesiæ intentioni, in cubilibus & in omnibus locis habitabilibus, huīusmodi ramos collocare honorifice ad laudem & honorēm dei, cuius nomen in benedictione eorum inuocatur ad huiusmodi effectus perficiendos. Vnde claret etiam q; nec prohibendi sunt fideles accendere huiusmodi palmas seu ramos tempore tonitruorum, in quibus sepe miscentur insidie diabolorum, maxime cum ad honorem dei hec fiant.

Sextum remedium est accendere uel aliquid portare de candelis que circa ignem & cum igne in uigilia pa-  
scœ consecrantur. Sic enim in benedictione illarum can-  
delarum orat ecclesia ut hoc incensum sit seruis & an-  
cillis dei, monumentum tutelaq; defensionis, nec intret  
hostis in uiscera eorum nec aditum possit habere uel se-  
dere. Petit etiam ut in quocumq; loco ex huiusmodi in-  
censo aliquid fuerit deportatum, ibi expulsa diabolice  
fraudis nequitia, uirtus diuina maiestatis assistat. Et cir-  
ca hoc remedium inueni quodam errasse, qui loco illa-  
rum candelarum, utuntur cereo pascalii. Non enim est ad  
hoc oratio ecclesiæ in bene dictio illius cerei, sed ut om-  
nipotens deus in bona pace uelit conseruare suos fide-  
les in lumine sue gratie per futura pascalia festa.

Septimum remedium est uti herbis in die assumptio-  
nis beatissime uirginis, consecratis. Sic enim orat in be-  
nedictione harum ecclesia deum ut omnibus utentibus  
sint sanitas animæ & corporis, nec solum ab hominibus  
sed & peccatoribus, qui ex hijs gustauerit expellat om-  
nem putredinem, & omne fantasma diaboli & omnem  
morbum & omnem pestilentiam, & omnem dolorem.  
Vnde constat q; fideles possunt cum huiusmodi herbis  
ad honorem beatissime uirginis marie consecratis, fumi-  
gare pueras & consimilia.

Hec omnia fam dicta remedia non habent efficaciam  
ex se sed præcipue ex institutione & petitio ecclesiæ spon-  
se christi, cui semper assistit deus, qui eam in suis preci-  
bus non repellit, quia spiritu sancto eam regit, Iccirco ta-  
libus uti secundum ecclesiæ ordinatiōnem ne dum lici-  
tum est, sed etiam meritorium. Dico secundum ecclesiæ  
ordinatiōnem, propter excludere superstitiones obser-  
uantias in usum talium, & ad includendum debitam in-  
tentionem, ita scilicet honorandi deum, ecclesiam & san-  
ctos dei modo supradicto.

g

131

Octauo & ultimo pro remedio honorabiliter portar  
ti aut ad se recipi ea que ad deum & sanctos suos aliquem  
ordinem habent, diabolus enim ad omnia que ordinem  
habent ad deum, sanctos & hominum salutem, hinc cum impe  
dire ea non potest fugit, propterea licet ad effugados de  
mones ex deuotioe & honore ad ea que dei sunt vel san  
ctorum, talia portare aut ad se sumere Sic etenim legitimus  
per contactum sanctorum reliquiarum, aut earundem  
deosculatiōem, aut deportationē uestium, sudariorum  
baculorum & omnium que ad eos dum in terris uixer  
runt, pertinebant, similiter uisitatione sepulturarum eo  
rum, aliquando homines a demonum uexatione libera  
tos. Sic in euangelio legitimus mulierem ex fide & deuo  
tione simbriam christi tangentem sanatam esse. Et bacu  
lus Petri Maternū suscitauit. Semicinctia Pauli & sudas  
ria sanitatem multam contulerunt & demones effugas  
runt. Act. xix. sic legitur de baculo beatī Iacobi & eius  
sudario, De filis cilicij ac straminibus lectuli sancti Mar  
tini, sacco sancti Hieronymi, peplo beate Agathe, & epi  
stola saluatoris missa Abagaro regi, non solum abagarum  
regem sanauit sed in ciuitate sua edissa hereticos prohibi  
huit, & foris inimicos propulsauit. Et epistola beatī Mar  
tini filiam Arborij prefecti solo tactu a febribus curauit  
Sicut etiam per contactum euangeli & aliorum deo di  
catorum, ut in legenda Andreæ de Nicolao sene libera  
to ab incontinentia per applicationem euangeli ad pe  
ctus suum Ex quo etiam mos est sanctam eucharistiam  
deferre ad loca incendorum, Cuius ratio haec est, quia  
ad obtinendum quemcumque effectum a deo, siue sit ad  
salutem corporis, animae, uel rerum, possunt homines il  
lis uti que ad honorem & reuerentia dei reduci possunt,  
per que diuina perfectio protestatur, sic autem fieri po  
test de omnibus illis que ad deum uel sanctos suos specie

frontatis som  
itorum iniquorum  
aliquando ho  
minis libera  
tos a uocatio  
ne demonum

alem ordinem habent, Vnde sicut principem honorat ac  
diligere comprobatur qui in honore habet eius nomine  
imaginem, uestimentum, literam, seruum, imo canem &  
illa reuerenter tractat, ita signum dilectionis est & hono-  
rationis, & ita uia meritorie impetrationis multorum esse  
ctuum ea honorabiliter assumere, que aliquo ordine de-  
um uel sanctos suos respiciunt, Quare licet uti, portare  
cōrectare res sacras, & benedictas, ceteraque deū & san-  
ctos respicientia, dummodo ad diuinę laudis protestati-  
onem rationabiliter referantur & pietas est in intentio-  
ne, seruanturque conditiones supra in principio recita-  
tę unde sic exorta est quedam obseruatio in quibusdam  
ecclesijs, q̄ multa contra morbos corporales exhibetur  
que ad curandum tales uel preseruandum ab eis, nullā  
habet naturalem efficaciam sed solus effectus a deo spe-  
ratur, propter merita sanctorum & piam intentionem  
utentium, Sicut est aqua sancti Antonij contra morbi-  
dum ignē, Et potus Ruperti cōtra canes rabidos, Panes  
Agathę contra incendia, oblationes uiuę factę Valentī  
no contra epilepsiam, Aqua sancti Petri martyris con-  
tra febres, Candela sancti Blasij collo cōcūpositę con-  
tra dolorem gutturis, Ventilatio patenę contra oculos  
contra oculorum cęcitatę, Ablutio calicis infusa infan-  
tibus contra dolorem ruminis, Que omnia, quia uel ad  
deum aut sanctos pertinent, uel pia intentione ad dei  
laudem, uel sanctorum referri possunt, cōcurrentibus  
conditionibus supra dictis assumi possunt, & contra demones, uel infirmitates corporales acceptari, dummo-  
do tamen non spes in illa ponatur, sed effectus a solo  
deo speretur, propter bonum motum utentis in deo  
um, uel propter suffragia sanctorum, quorum nomina  
& suffragia in benedictionibus sunt inuocata & in  
quoque reuerentiā assumūt. Sed dices ex q̄ eccl̄ia talia &  
tam multa instituit pro remedijis contra machinamenta

g ij

132

diaboli, cur sit ut licet multi eis utantur, multi quippe omni die recipiunt aquam benedictam, omni dominicali consecratum, &c, sed tamen pauci experiuntur illos effectus propter quorum cōsecrationem ab ecclesia sūt instituta. Ad solutionem istius scire debetis, q̄ duplicita in ecclesia sunt remedia contra morbos spirituales & de monum infestationes. Quēdam sunt sacramenta, sicut baptismus, eucharistia, poenitentia &c, Et talia sunt ita efficacia & certa remedia, q̄ ad usum ipsorum legitimū sequitur effectus, ppter quem instituta sunt a deo in quo cumq; assumente nō ponente obicem, nec in ipso aliqua alia certa requiritur dispositio, sed sufficit q̄ assūmit debita intentione a legitime conferente, & non ponat obicem effectui expectato contrarium. Et talia sunt omnia sacramenta magna nouę legis, & talis fuit circūcisio ue. legis. Quicumq; enim debita intentione ea suscipit a legitime conferente, intentiōe scilicet hac per hūi simodi susceptionem uelle consequi ea, propter quę instituta sunt, & non ponit obicem contrarium illi effectui id est non habet actuale propositum uel complacētiam peccati mortalis aut dissensum recipiendi sacramētum, ille semper consequitur gratiam, & sic sanitatē anime, etiam si non habeat interius motum bonum interiorē, sicut declarari potest de infante baptisato. & hęc remedia sic efficacia a deo solo instituta sunt. Alia sunt remedia mīnora, quę dicuntur sacramentalia quę non sūt ita efficacia, nec ita certa, q̄ semper sequat̄ effectus propter quem instituta sunt, cum ab hominib; in usum sumuntur, sed requiritur certa dispositio in ministrante ul̄ assumente, secūdū meritū, deuotionem, aut motum bonum interiorē, uel sequitur effectus aliquādo ex mea liberalitate donantis dei absq; pacto de assistendo & operando semper huiusmodi effectum ad assumptionē illorum. De illorū numero sunt exorcismi, orationes &

sacramentalia, & illa remedia que tam supra dicta sunt,  
ut aspersio aquæ benedictæ, contactus reliquiarum, &c.  
Ista enim omnia sortiuntur effectum, quandoque ex me-  
ra liberalitate dei, Sicut est oratio peccatoris, de quo Ger-  
sonem vide in tractatu de oratione capitulo. v. Quodque  
ex liberalitate dei & dispositione bona & merito susci-  
pientis, sic aspersio aquæ benedictæ tollit uenialia ex li-  
beralitate dei, & bono motu reueretie ī deum & ad res  
diuinæ suscipientis illam, ita est de oratione in eccles-  
ia dedicata. De hoc Thomas in iij. parte. q. lxxxvij. ar. iij  
Et Richardus in. iij. d. i. q. iij. Quandoque ex liberalitate  
dei & merito sanctorum, sicut cum reliquiæ sanctorum  
tanguntur, sepulchra eorum uisitantur eaque assumuntur  
que aliquem ordinem ad ipsos habent uel habuerunt se-  
cundum corpus uel animam, & que in eorum laudem,  
atque dei referri possunt, propter eorum suffragia & me-  
rita ex liberalitate dei effectus multi sequuntur, sanitas  
scilicet anime & corporum, expulsio demonum, &c. Quā-  
doque ex liberalitate dei, & merito personali sacerdotis  
qui tanquam minister ordinatus ab ecclesia benedicit uel ex-  
orcisat. Quodque ex liberalitate dei & merito & fide to-  
tius ecclesiæ que hæc instituit & pro consecutione illorum  
effectuum exoriat, Sic aqua benedicta, exorcismi & ce-  
tera supra dicta ab ecclesia instituta, magnâ habent effi-  
ciam ex merito & fide totius ecclesiæ instituētis, & de-  
um pro consecutiōe huiusmodi effectuum in utentibus  
pie exorantis, qui & semper eam ad utilitatem exaudit  
Nunc ad ppositum dicendum, quod non semper sed raro ali-  
quando sequitur effectus, ad usum istorum sacramēta-  
lium & ceterorum que supra in remedij dicta sunt, uel  
primo, quia non est certa dispotio requisita in cōferenti-  
bus, suscipientibus, uel utentibus illa que dicta sunt, Aut  
secundo quia illi effectus propter quos instituta sunt hæc  
remedia, nec sunt utiles ecclesiæ uel personis. Aut tertio

g iij

453

quia nec necessarij huiusmodi effectus. Sic primo, licet olim multi sani effecti sint ad contactus reliquiarū, aut in inuentione earundem, licet multi sancti dum uiuerent hic miraculose, plures ab infirmitatibus unica ratione liberauerint, non tamen sic fit hodie, licet enim multi tangat reliquias sanctorum, osculenf & presentes sint illis, non tamen ab infirmitate modo liberatur, licet multi sint sancti & sancte in terra uiuentes. Rarissime tamen nunc miracula operantur, quia nō est modo necessaria miraculorum operatio, nec congrua. Non necessaria si cut fuit in principio ecclesie, tunc enim ut fides cresceret necesse erat ut miraculis nutritur. Modo autem fides sufficienter radicata est & firmata, ideo rigatione miraculorum non indiget, ut ostendit Gregorius Ome. iiiij. &. xxix. Nec congrua est modo hec miraculorum operatio, congruit enim ut modo fides nostra habeat meritum, cui continuata miracula non prebent experimentum compleatur qđ in nobis iam illud ad Thomam dictū beati qui non uiderunt & crediderunt. Sic secundo. Cū dēmonū infestatio aliquando & sepiissime prodest tentatis, infirmitas corporis, paupertas, aduersitas, diffortu nium, &c. frequentissime prosunt secundum illud psalmistę. ps. xiiij. multiplicatę sunt infirmitates eorum postea accelerauerunt. Et iterum, in tribulatione dilatasti mihi Et Ecclesiastici. xxxi. infirmitas grauis sobriam facit animam, Iccirco remedia qđ dicta sunt, puta exorcismi, aqua benedicta &c, nō se imper fugant dēmonia, eorumqđ fantasma atqđ maleficia, ceteraque corporis aut rerum incommoda, sed hec in utilitatem hominum etiam assūptis remedij manent. Sic tertio propter indignitatem orationis sepe non exauditur oratio, Sicut Iacobus ait capitulo. iiij. petitis & non accipitis eo qđ male petitis, sicut in concupiscentijs uestris insinuatis. Sic obdefectum fidelis unde idem ait capitulo primo. postulet autem infideli

Sic primis  
celiquerit, p  
nisi tam uer  
abus uincit  
jaceat enim  
d. preferend  
erit hanc  
Lanillit  
modus nesci  
son necesse  
ut hunc  
odo ambi  
rigiditer  
gonti On  
raculores  
tra habent  
ent episcop  
l Thomas  
Sic secund  
ime probat  
ueritas sit  
indum illi  
tates empr  
one dilatati  
sobrian fac  
a exorcisti  
nia, coram  
is autem  
etiam illi  
dignatus  
lacoburam  
le penitent  
bdeficien  
autem illi  
hil dubitans, sic si nō iuuatur oratio operibus caritatis,  
& obseruantia legis, Ideo dicitur Prover. xxviiij. qui de-  
clinat aurem suam ne audiat legem, oratio eius erit exe-  
crabilis. Et ex his primo patet differentia inter exorcis-  
mos & ceremonias ecclesie, & exorcismos & obseruan-  
tias incantatorum, quia in primis solum inuocatur no-  
men diuinum, nec spes aliqua nisi in solum deum ponit  
tur, a quo effectus expectatur, nec admisceret illis aliquid  
falsum uel uanum ad dei uel sanctorum honorem non  
pertinens. In ceremonijs autem & exorcismis malefico-  
rum inseruntur uel que ad inuocationem demonum perti-  
nent, uel falsa aut non intelligibilia atque uana, spes quoque  
in alio quā in deo ponit, & effectus a diabolo expectat.  
Patet secundo q̄ huiusmodi remedia ab ecclesia institu-  
ta non semper sequitur effectus proter quem ordinata  
sunt, ita q̄ non sunt certa remedia habentia efficaciam ex  
opere operato, sicut sacramēta nouę legis, Nam si certa  
essent remedia & ex opere operato efficacia, sicut sacra-  
menta, tunc eis assumptis debite, semper sequeret effec-  
tus, sicut fit in sacramentis & sic spargens aquam bene  
dictam debita intentione, semper fugaret demōes & ita  
omnes demoniaci liberarentur, omnesque maleficiati cu-  
rarentur, nullumque esset maleficium perpetuum, cuius  
contrarium constat per dictum. c. si persortiaris & per  
rei euidentiam. Patet tertio q̄ errant malefici & incanta-  
tores afferentes, quicumque hęc uel illa facit, intellige me-  
dia supersticioса, effectum hunc indubie consequet. Nā  
si non est certitudo effectus respectu illorum que ecclē-  
sia uel instituit uel admittit ad consecrationem eius, solis  
sacramentis exceptis, multo minor erit certitudo illorum  
remediorum que neque etiam instituit neque admittit. Pas-  
tet quarto error quorundam de certis ieuniūs orationi-  
bus, aliisque exercitijs, etiam missis certo numero uel titu-  
lo celebratis, afferentium, q̄ sic uel sic dicens, certitudis

g iiiij

139

naliter uisitabitur ante mortem, a beata uirgine uel sancta Barbara aut communionem eucharistie consequetur aut infallibiliter ea consequatur que in talibus postulatur, animas unam uel plures redimant de purgatorio, aut sic dicentes damnari non possint, uel ad supremum angelorum chorum subleuentur, aut certi peccatores tot uel tot conuertantur, que etiam sub tali titulo mendaciter Apostolis, Gregorio, leoni Papae, uel alijs fide dignis ascribuntur quasi per eos reuelata sint, quod tamē nec ecclesiæ approbatione nec alio ueridico constat testimonio, imo in multis repugnat ueritati fidei.

Hec de remedijis licitis sufficiat, quod si maleficiatus nullo illorum modorum curari potest seu liberari, non assumat aliud maleficium quo tollere laboret, hoc enim esset inniti auxilio diaboli, quod nullo modo christianum decet, ut supra patuit, sed pacienter ferat manum domini, siue fecet siue urat uel per angelum malum, uel hominem malum, aut aliam creaturam. Sic enim lucrabitur immensum pondus coelestis glorie. Quod nobis concedere dignetur quod regnat deus uerus & sumus, Amen.

